



CONGREGAZIONE
DELLE CAUSE DEI SANTI

Prot. N. VAR. 6291/08

ROMANA

Rev.mus P. David Carbonaro, Postulator Generalis Ordinis Clericorum Regularium Matris Dei, ab hac Congregatione de Causis Sanctorum petit ut reliquiae Sancti Ioannis Leonardi, Sacerdotis et Fundatoris eiusdem Ordinis, asservatae in Ecclesia paroeciali Sanctae Mariae in Portico in Campitelli Urbis, recognosci possint atque, peracta quidem praefata recognitione canonica, urna continens praefatas sacras reliquias eiusdem Sancti deferri possit varias in Ecclesias intra fines dioecesium Lucensis, Veliternae-Signinae, Neapolitanae, Tranensis-Barolensis-Vigiliensis et Neritonensis-Gallipolitanae, necnon exponi publicae Christifidelium venerationi valeat.

Haec porro Congregatio, attentis peculiaribus in supplici libello expositis adiunctis necnon assensu Em.mi ac Rev.mi Domini D. Camilli S.R.E. Cardinalis Ruini, Vicarii Urbis, et Episcoporum dioecesanorum, quorum interest, pro gratia iuxta preces benigne annuit: servata tamen peculiari huius Congregationis Instructione. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Congregationis, die 1 mensis Aprilis A.D. 2008.

Iosephus Card. Saraiva Martins

Praefectus

+ Michaël Di Ruberto

Archiepiscopus tit. Biccarensis

a Secretis